





5.

Bra. 30. num. 20.

DE

TERMINO 1775, 2.  
CAUSARUM  
CRIMINALIUM

PRÆSIDE

JOHANNE CHRISTIANO  
TREITLINGER

J. U. D. CODICIS ET JUR. PUBLICI PROF.

D. XVIII. SEPTEMBRIS A. MDCCCLXXV.

DISPUTABIT

FRANCISCUS LUDOVICUS  
TREITLINGER

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.




ARGENTORATI,

Typis JOH. HENRICI HEITZII, Universitatis Typographi.

ILLUSTRI  
LARGITIONIS  
QUA  
**JOHANNES JACOBUS**  
**FRIDIUS**  
ARGENTINENSIS OLIM SYNDICUS  
MEMORIAM SUI  
STABILIVIT  
**DIRIBITORUM COLLEGIO**  
*VIRIS*  
DE REPUBLICA ET LITTERARIA  
OPTIME MERITIS  
**PATRONIS**  
ATQUE  
**F A U T O R I B U S**  
ÆTERNO PIETATIS CULTU PROSEQUENDIS  
HAS PAGELLAS  
IN GRATISSIMI ANIMI PIGNUS  
D. D. D.

FRANCISCUS LUDOVICUS TREITLINGER.



## §. I.



ivilium apud Romanos causarum terminum, olim arbitriatum, Justinianus triennii tempore definit: annale vero tempus, criminalibus causis finiendis antea praescriptum, laudatus Imperator duplicitavit. Romanas de hoc causarum criminalium termino leges illarumque usum hodiernum commentatione hac exponimus, eamque variis de civilius causarum termino, tribus abhinc lustris, editis dissertationibus <sup>a)</sup> jungimus.

- <sup>a)</sup> Dissert. de termino litium ante Justinianum d. 16. Febr. a. 1760.  
Diff. sistens Justinianum terminum litibus ponentem d. 9. Aug.  
d. a. Diff. de poena judicium & advocatorum, terminum litium a Justiniano positum negligentium d. 22. ejusdem mensis & dicti anni. Diff. de tutoribus & curatoribus legitimum litium terminum negligentibus d. 23. Decembr. d. a. Diff. de peremptio ne instantiae d. 17. Junii a. 1761.

A

## §. II.

Causæ, quibus de hominis vita, naturali vel civili, aut quæ pari pafu ambulare dicitur fama b), agitur; graviores utique pecuniariis causis, matu- riorem quidem deliberationem, antequam sententia feratur, jure exigunt; nulla enim unquam, ut servus apud Juvenalem c) dicit, *de morte hominis cunctatio longa est*. Ast cum dura sit conditio omnium, qui in reatu constituti sunt d), præcipue autem eorum, qui car- cere inclusi e vinculis causam dicunt; humanitas sua- det & leges jubent, ut quam primum fieri licet, in- nocentes absoluti, extra reatum ponantur, fontes autem poenis, quas meruerunt, subjiciantur. *Car- cer enim licet, ut Ulpianus e) scribit, ad continen- dos non al puniendos homines haberi debeat; ipse tamen propter squalorem, tenebras, frigus & similes, quæ ipsum fere non possunt non comitari, miseras, non immerito a Doctoribus f) torturæ species, mala mansio g), hominum vivorum sepultura, atque animi, corporis & fortunæ bonorum consumptio vocatur h)*. Publica porro falsus exigit, ut admis- sum flagitium velox sequatur poena, cuius exemplo alii a simili facinore perpetrando deterreantur i).

b) Doctores ex L. 9. pr. D. de manumiss. vindicta hanc regulam ducent; sed eam minime universalem esse, probat Huber Preled. ad D. diel. tit.

c) Satir. VI. v. 221.

d) Criminis rei ab honoribus petendis exclusi L. 7. pr. D. de munere & honor. L. un. C. de reis postul. nec testimonium di-

◎ 3 ◎

- cere L. 3. §. 5. D. de testib. nec accusare L. 19. Cod. de his, qui accus. non poss. nec donare L. 15. D. de donation. nec manumittere L. 8. D. manumission nec similes actus celebrare possunt. Catilinam, pecuniarum repetundarum reum, a Consulatus petitione prohibitum esse, refert Sallust. Bell. Catil. cap. 18.
- e) Hac Ulpiani Lib. IX. de Officio Proconsulis verba exhibet L. 8. §. 9. D. de poen.
- f) Farinacius Prax. crim. Quæst. XXVII. num. 1. & 2. Carpzov. Praef. rer. crimin. Part. III. Quæst. CXI. n. 2.
- g) In Romanis legibus occurrit hæc vox; ast sensu non plane eodem. Mala mansio vocatur lignum, ad quod servi, quæstionis habendæ gratia, alligari & extendi solebant. L. 7. pr. D. deposit. vel contr. L. 15. §. 41. D. de injur. Brissoni de verb. signif. h. v. Dion. Gothofred. Not. ad cit. L. 7. pr.
- h) Inde est; quod quamvis carcer, jure Romano, non sit poena diuturna tamen in eo detentio poenam aliquando mitiget; nisi reus dolo vel culpa, tergiverfando nempe & judicem fatigando, longiorem in carcere moram sibi adficerit. L. 25. pr. D. de poen. L. 23. C. eod. Carpzov. Praef. rer. crimin. Part. III. Quæst. CXLIX. n. 43. sgg. Berger Elef. Jurisprud. criminal. p. 284. Müller Addit. ad Struvii Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XLIX. Thes. 104.
- i) Cicero pro A. Cecina Cap. 2. ait: Ut quæque res est turpissima, sic maxime & maturissime judicanda est.

### §. III.

Inter præclara hinc & egregia Octavii Cæsaris Augusti facinora refert C. Suetonius k), quod is diuturnorum reorum, ex quorum fordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quereretur, nomina aboleverit, introductio vinculo inscriptionis in crimen; quo accusator ad poenam talionis idemque supplicium se obligabat, si constaret, accusationem frivole suscepitam esse l).

A 2

¶) in vita Oslavii Cap. 32. Pleraque pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam aut ex confuetudine licentiaque bellorum civium duraverant, aut per pacem etiam exfliterant. . . Diuturnorum reorum, & ex quorum foribus nihil aliud quam voluptas inimicis quereretur, nomina abolevit: conditio proposita, ut si quem quis repetere vellat, par periculum pœna subiret. Rees posta toga alba fordidam & obsoletam Romæ sumere solitos esse, notum est: unde fordes pro reatu & fordidati pro reis saepe dicuntur. Heincc. Ant. Rom. Lib. IV. Tit. XVIII. §. 20.

I) Accusandi licentia omnibus, qui in specie non prohibebantur, olim Romæ patens §. 1. Inſ. de publ. jud. cum in libidinem & proterviam saepe abiret, coercebatur vinculo inscriptionis seu subscriptionis in crimen, qua accusator, si cauam non obtinaret & falleret, ad poenam talionis se obstringebat. L. 7. pr. D. de accus. & inscript. Symmachus Epifol. Lib. X. Ep. ult. ad Valentianum, Theodosium & Arcadium Imp. scribit: Quid habeat conditionis inscriptioni, nosq[ue]s praeter ceteris juris publici conditores. Provisum est enim, ne quis temere in alieni capitulis discriberet irrueret, ni se idem prius pœna sponstone vinciret. Inscriptionis formulam Odoranus, Monachus Nonensis, in Compilatione quadam ex Regulis ecclesiasticis excerpta, proposuit, e cuius schedis eam exhibet Brissonius de form. & solenn. Pop. Rom. verb. Lib. V. p. 469. Igitur ego ille adversum te in rationibus publicis adjicio; si te injuste interpellavero & vietus exinde apparuero, eadem poena, quam in te vindicare pulsavi, me confingo, atque conscribo partibus tuis esse damnandum, atque subiturum. Et pro rei totius firmitate manu propria firmo & bonorum virorum iudicio roborandum trado. Conf. L. ult. D. de priv. deliti. & L. ult. D. de furt. Brisson, de verb. signif. V. Inſcribere & Dion. Gothofredus not. ad cit. L. 7. pr. de accusat. & inscript.

#### §. IV.

Vinculum subscriptionis in crimen, successu temporis passim neglectum, Constantinus M. non solum in usum revocavit <sup>m)</sup>, sed etiam constitutione <sup>n)</sup>, quam Jac. Gothofredus <sup>o)</sup> merito huma-

nissimam & christianissimam appellat, sancivit p):  
*In quaunque causa, reo exhibito, sive accusator existat,  
 sive eum publica sollicitudinis cura produixerit q), statim  
 debet questio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolva-  
 tur. Quod si accusator aberit ad tempus, aut factorum  
 praesentia necessaria videatur, id quidem debet quam ce-  
 lerrime procurari. Interea vero reum exhibitum non per  
 ferre manicas & inherentes offibus mitti oportet, sed pro-  
 luxiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarum acer-  
 bitatem postulaverit, ut & cruciatio deſit & permaneat  
 sub fida custodia. Nec vero sedis intime tenebras pati  
 debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari, ac sublevari:  
 & ubi nox geminaverit custodiā in vestibulis carcerum  
 & salubribus locis recipi: ac revertente iterum die, ad pri-  
 mum solis ortum, illoco ad publicum lumen educi, ne poenis  
 carceris perimitur: quod innocentibus miserum, noxiis  
 non sauis severum esse dignoscitur.*

m) Constitutio Constantini M. hac de re ad Maximum Praef. urbi  
 XI. Kal. Jun. Constantino A. VI. & Constantino Cæs. Cess. five  
 Christ. æra A CCCXX. missa abest a Codice Justinianeo; in Co-  
 dice Theodosiano est L. IX. Tit. de accus. Et inscript. I. L. 5.  
 & his verbis exhibetur: Quodam tempore admisum est, ut non  
 subscriptio sed professio criminis uno sermone ex ore fugiens,  
 tam accusatorem quam reum, sub experiendi periculo, de pa-  
 tria, de liberis, de fortunis, de vita denique dimicare cogeret:  
 ideoque volumus, ut remota professionis licentia ac temeritate,  
 ad subscriptionis morem ordinemque criminalio referatur, ut  
 jure veteri in criminibus deferendis omnes utantur, id est,  
 ut sopita ira & per hoc spatia mentis tranquillitate recepta,  
 ad supremam actionem cum ratione veniant, atque consilio.  
 Jac. Gothofredus in Comment. ad h. l. scribit: Levitati seu te-  
 meritati accusationum & judiciorum criminalium occurrit hac  
 constitutione Constantini M. aduersus nude professionis licen-  
 tiā, subscriptionis in crimen more & vinculo, veterique adeo

*jure, adversus pravum, qui contra inoleverat, morem in usum  
reducto.*

- n) Constitutio hæc est *L. 1. Cod. Just. de custod. reor. Inscriptio ibi ita exhibetur. Imp. Constantius A. ad Florentium Rationalem, & subscriptio ita se habet: Dat. Prid. Kal. Jul. Serdicae Constantino A. VI. & Constantio CC. Cof. Unde a multis constitutio hæc tribuitur Constantino Chloro Augusto & ad annum Christi. aerae CCCIII. refertur. Wieling Jurisprud. refitut. Ind. leg. Cod. p. 42. In Theodosiano autem Codice Lib. IX. Tit. de custod. reor. III. l. 1. Constitutionis hujus auctor exhibetur Constantinus Magnus. Inscriptio enim hæc est: Imp. Constantinus A. ad Florentium Rationalem; & subscriptio est: Dat. Prid. Kal. Jul. Serdicae Constantino A. VI. & Constantio, five potius, Constantino Cæs. Cof. id est, A. Christi. aera CCCXX. Almeloeven Faf. Consular. Lib. I. p. 108. & Lib. II. p. 73. Florentius, ad quem constitutio hæc misla est, idem videtur cum eo, cui inscribitur A. CCCXIII. L. 12. Cod. Theod. de appellat. & L. 8. Cod. Theod. de Decurion. Jac. Gothofredus in Not. ad h. L. 1. de custod. reor. Add. Nota ad cit. L. 12. de appell. & L. 8. de Decurion. Conf. Prosopographia Cod. Theod. V. Florentius Florentius hic, uti Jac. Gothofredus in Not. ad h. L. 1. porro tradit, Praesidio forte vice functus est. Quid enim, sunt verba laudati Jcti, Rationali cum reis criminum? nisi putemus, cundem Praefidis vice functum.*
- o) Jac. Gothofred. in Comment. Cod. Theod. ad sèpe cit. L. 1. de custod. reor. verba sunt: Diuturna vel crudeli custodia clausisque poenitibus consumni, ut loquitur Ammianus Marcellinus, reos pendente iudicio cruciari, Constantinus M. hac humanissima & christianissima lege vetat.
- p) Verba constitutionis hujus exhibemus, prout in Cod. Justin. leguntur. Tribonianum nonnulla mutavisse & addidisse Jac. Gothofred. in Not. ad D. L. 1. Cod. Theod. observat.
- q) Quamvis Romæ olim accusandi licentia omnibus patuerit; publicos tamen quoque fuisse accusatores, qui delictorum publicorum reos persequebantur, ex Ciceronia Orat. pro Sexto Roscio Amerino Cap. 20. & Plinii Lib. III. Epist. 17. constat. Heinec. Ant. Rom. Lib. IV. Tit. XVIII. §. 17. De curiosis, stationaris & irenarchis, qui crimina ex officio denuntiabant, agit Jac. Gothofredus in Comment. ad Cod. Theod. Tom. III. p. 190. & 497. atque Tom. IV. p. 647. edit. Lipsi. Conf. Brillonijs de verbis signif. V. Curiosi, Stationes & Irenarchae.

## §. V.

Constantini M. exemplo curam in terminandis absque mora causis criminalibus adhibuerunt quoque ejus in Imperio Rom. successores. Ipsius filius Constantius A. statuit r): *Hi, quos custodia delatæ criminatio[n]is includit, intra unius mensis spatiu[m] audian-tur, inquisitione completa s): ne si delati criminis causam segnius judicantis lenitudo t) distulerit, reciprocos p[en]as fortia[n]tur incurfus u).*

r) Hac Constantii constitutio de accelerando iudicio criminali aduersus diutinos carceres ad Dometium Leontium, Praef. Praetorio Orientis, XV. Kal. Nov. Burfo & Polemio Coss. five A. Ch. CCCXXXVIII. edita est L. 7. Cod. Theod. de accus. & in script. Tribonianus eam Cod. Justin. non inseruit.

s) Tentaret quis, scribit Jac. Gothofredus in Comment. ad h. I. reponi oportere, inscriptione completa. Verum retineri iſtud oportet; quia hec lex pertinet ad reos, non a privatis accusato[r]is, sed inquisitione officialium, apparitorum, curijsorum, elogijs f[ac]e notoriis delatos.

t) Lenitudo h. I. denotat inertiam vel ignaviam. Jac. Gothofred. in Not. ad h. I.

u) Olyferum est, verba sunt laudati JCTi in Comment. ad h. I. quod de reciprocis p[en]as incurfibus additur. An igitur reciprocos p[en]as incurfus vocat, p[en]am talionis, quonodo & p[en]a reciproci vocatur in L. 3. Cod. Theod. de exhib. reis.... Forte his verbis id tantum indicatur, convertendam p[en]am in iudicem, non ideo tamen cundem modum p[en]a, qua talionis lex est.

## §. VI.

Imp. Theodosius, qui & ipse *Magnus* cognomina[n]tus est, in eandem sententiam Edictum x) pro-

mulgavit, his verbis y): De his, quos tenet carcer, inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos veloci poena subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Jubemus autem, ut intra trigesimum diem semper commentariensis ingerat numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordines z), et atemque vincorum. Quod si hæc prætermiserit, officium a) qui dem viginti libras auri æratio nostro jubemus inferre. Judicem vero desidem, ac resupina cervice tantum titulum gerentem b), extorrem impetrata fortuna c), decem auri libris multitudinem esse censemus.

x) Constitutio hæc Theodosii M ad Eutropium Praef. Præt missa Constantinopoli III Kal Jan. Gratiano V. & Theodosio I. AA. Coss. i. e. a. æra Christi. CCCLXXX. in signum communis Imperii Gratiani, Valentinianni & Theodosii AAA. nomina inscripta habet.

y) Exhibet hæc verba: L. 5. Cod. Justin. de custod. reor. Paucis mutatis & additis exstat eadem constitutio L. 6. Cod. Theod. de custod. reor. præcipuum additamentum continent verba in medio posita: temperari autem ab innoxiosis austera preceptione sancimus; Et predandi omnem segetem de negligentia judicum provinciarum ministris feralibus amputamus. Ministris ferales h. l. vocantur clavicularii, qui carceris & reorum custodiā gerunt. Brifosa, de verb. sign. V. Feralis. Jac. Gothofredi Glostriae Nomicum Cod. Theod. d. v. Tom. VI. part. ult. p. 198. Ferales carcerum tenebræ memorantur L. 1. Cod. Theod. de curios.

z) Cod. Theod. legit ordinem. Theodosius M. ordinem clausorum vocat rationem, quo quisque die in carcerem conjectus est, cuius mentio fit apud Ciceronem Verrina V. de suppliciis Cap. 57. scribentem: Rationem carceris diligentissime confici, quo quisque die datus fit in custodiā. Hinc in Cod. Just. non ita bene legi ordines Jac. Gothofredus ad d. L. 6. Cod. Theod. de custod. reor. notat.

a) Off.

- a) Officium in legibus s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> denotat officiales magistratum, judicium aliorumque. Briffon. de verb. sign. h. v. Jac. Gothofred. Glosf. Nomic. Cod. Theod. d. v. Tom. VI. part. ult. p. 242.
- b) Judicem resupina cervice tantum titulum gerentem, significare, judicem arrogantem & animi vitium ipso gestu corporis palam facientem, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> laudatus Gothofr. adnotat.
- c) Extorrem Jac. Gothofredus l. c. explicat exulem & relegatum. Verba ejus sunt: *Extorris, qui extra torrem, id est, limitem pulsatus est, uti exsul, qui extra solum. Torrem veteres dixerunt terminum, in Fragmentis de limitibus torrem quoque limitem invenias.* Consentit Gothofredo Iterus ad Briffon. de verb. sign. v. Extorris. Ritterus autem in Not. ad h. l. Cod. Theod. Tom. III. p. 43. monet; mira hic Gothofredum comminisci, nec probari posse, torrem esse terminum, atque Fragmentum, quo ipse sententiam stabilire vult, nullius esse momenti, sed depravatum & mutilem. Sequimur ergo potius Græcos, qui verba extorrem impetrata fortuna, uti ipse Gothofredus l. c. & in Glosf. Nomic. Cod. Theod. h. v. adnotat, exprefserunt *extorrem r<sup>um</sup> d<sup>icitur</sup> dignitatem privatum.* Fortuna enim in legibus conditionem five dignitatem quandoque denotat. Hoc in sensu in L. ult. Cod. de judic. memoratur *Augustia fortuna.* Briffon. de verb. sign. v. Fortuna.

## §. VII.

Theodosii M. filius, Arcadius A. d), porro constituit e); ne diversorum f) criminum rei, vel desidia judicum, vel quadam lenitatis ambitione g), per provincias detenti in carcere, crudelius differantur; moneantur omnes iudices, produclos e custodia reos disceptationi debite subdere b) &, quod leges suaferint, definire.

- d) Hæc Arcadii constitutio, Codici Justinianeo non inserta, est L. 18. Cod. Theod. de accusat. & inscript. Ipsa quoque adducitur a J<sup>o</sup>Co quodam vetere Cap. VIII. Consultationis, quam ab Antonio Loisello acceptam Cujacius edidit, apud Schulting Jurisprud. Ante-Justin. p. 823. Inscriptio in Codice Theodosiano ita exhibetur: Imp<sup>r</sup>. Arcadius & Honorius, A.A. Maxi-

mo Pf. P. Nomen Honorii jungitur Arcadii, auctoris hujus constitutionis, nomini, in signum communis Imperii. Verba autem Maximo Pf. P. uti Ritterus ad h. l. adnotat, absunt a MStis & impressis, & in ultima tantum Cujaciana editione addita sunt: neque etiam, addit Ritterus, vetus JCTus in Consultatione Maximi nomen expressit, neque satis confitat de hujus Maximi Praefectura, & L. 15. Cod. Theod. de bon. proscriptor. eodem die data, Cæsarium præfert.

e) Constitutionis hujus subscriptio in Codice Theodosiano ita legitur: Dat. III. Non. Aug. Constantinop. Arcadio IV. Et Honorio III. Ad. Coss. i. e. a. æra Christ. CCCXCVI. Lectionem hanc præferendam esse illi, Arcadio III. Et Honorio Coss. quam dicta consultatio habet, Schultingius loc. cit. adnotat.

f) Vocem *diverorum*, Gothofredus in Not. ad h. l. recte explicat, ut ea idem significat ac *quorumcunque*.

g) Jac. Gothofredus in Comment. ad h. l. Cod. Theod. tradit: differendi judicij duas causas h. l. adsignari; puta, negligientiam seu segnitatem judicium & lenitatis, id est, clementie ambitionem, dum scilicet lenes, judicium differendo, videri volunt, cum tamen contrarium eveniat. Nam, ut eleganter lex hæc ait, criminum rei, detenti in carcere, crudelius differuntur. In hanc sententiam Caiusdorus XI. Variar. 40. scribit: Non est unum clavis exitium, multifaria morte perimitur, qui carceris squalore torqueretur. Veteris JCTi consultationem minus recte habere levitatis Schultingius l. c. p. 823. recte adnotat.

h) Citata Consultatio legit, *discussione debite subjicere*, quæ verba eundem habent sensum.

### S. VIII.

Denique Honorius A. in Oratione ad Senatum Romanum emissa, qua ordinem accusationis jam-dudum legibus statutum firmavit & servari jussit, vinculum inscriptionis in crimen repetens interalia statuit: *Quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiatur, custodie similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatio-*

*ne, patiatur: nec impunitam fore noverit licentiam men-  
tiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo  
supplicii k).*

- i) Orationis hujus partem constituit L. ult. Cod. Theod. de accusat. & inscript. quae est L. 17. Cod. Iust. d. t. Inscriptio hæc est: *Imp. Honorius & Theodosius A.D. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatu, salutem dicunt. Theodosii mentio fit in signum, uti jam dictum est, communis imperii. Subscriptio ita se habet: Dat. VIII. Id. Aug. Ravennæ Asclepiodoto & Mariniano Coss. i. e. A. Ch. CCCCXXIII.*
- k) Verba, quæ exhibemus, eadem sunt in utroque Codice, nisi quod loco verbi *arripiat*, quod Cod. Iust. habet, legatur in Cod. Theod. *accipiat*.

### §. IX.

Hæ a Constantino M. & ejus successoribus editæ constitutiones præceperunt quidem; temere suscepit accusationem non fore impunitam, & discussionem causarum criminalium, statim, vel intra trigeminum saltem diem, ab eo, quo rei carceri mancipati sunt, computatum, inchoandam esse: de tempore autem, quo causæ criminales exitum capiant, atque rei sententia definitiva vel absolvantur, vel condemnati poenis subjiciantur, nihil statuerunt Augusti allatarum constitutionum auctores. Ratio hæc esse videtur, quia causarum criminalium terminus anterioribus legibus definitus erat l).

- l) Giphanius Explanat. legum Cod. Iust. p. 140. ad L. Proprietarium. Cod. de judic. scribit; *Videtur olim nullus fuisse terminus praescriptus causis civilibus, sed tantum causis criminalibus.*

## §. X.

Vetustissimo Romanorum iure annum terminandis causis criminalibus præstitutum esse, huncque terminum indicare Servium, Jac. Gothofredus *m)* existimat. Huic tamen viri doctissimi, quem luentes adhuc secuti sumus, fententiae, calculum adjicere vix possumus; cum antiquus hic Virgilii interpres *n)*, æque ac ab ipso citatus Juvenalis *o)*, non agant de termino causarum criminalium, sed de ordine, quo cause forenses, præcipue civiles, quæ cumulatae sunt, agantur, & a judicibus decidantur *p)*.

*m) in Comment. ad L. I. Cod. Theod. Ut intra annum criminis causa termin.*

*n) Servius ad Virgil. Aeneid. L. II. v. 102. Si omnes uno ordine Archivos habetis; scribit: Uno ordine, uno reatu, & est de antiqua trajectum Scientia, quia in ordine dicebantur causæ propter multitudinem vel tumultum festinantium, quam erat annus litium. Juvenalis.*

*o) Juvenalis Satyr. XVI. v. 36. & sgg. vel Poëta alias, qui hujus Satyræ, quam virorum eruditorum nonnulli Juvenali adjuvantic, canit:*

Convalem ruris aviti  
Improbis aut campum milii si vicinus adenit,  
Aut faxum effudit medio de limite saxum,  
Quod mea cum vetulo coluit puls annua tibo:  
Debitor aut sumptos pergit non reddere nummos,  
Vana supervacui dicens chirographa ligni,  
Expectandus erit, qui lites inchoet annus  
Totius populi: sed tunc quoque mille ferenda  
Tedia, mille moræ.

*p) Loci, quem Servius citavit, hunc germanum sensum esse H. Grangæus in Not. ad d. l. tradit: Tantam scilicet Roma forensium rerum copiam, tantumque litigantium multitudinem.*

quorum lites singulae ordine dirimuntur & ut in foro Gallico dicitur, au tour de roole, ut eo anno, quo quis nonen alicuius apud Praetorem retulerit, in ordinem venire non possit, ita ad annum sequentem, cum res eo redeant, illi expetandum sit, quod tempus Servius vocat litium annum. Annus enim litium est, cum non sint vacationes, sive ut Latine dicitur, cum res prolate.

### §. XI.

Certius prisci hujus juris testimonium praebet *Ælius Marcianus*. *JCTus hic, Papiniano, Ulpiano* atque *Paulo* ætate suppar, scribit q): *Reus delatus etiam ante sententiam bonores petere Principalibus constitutionibus prohibetur. Nec interest, plebejus an Decurius fuerit. Sed post annum, quam reus delatus est, petere non prohibetur: nisi per ipsum fletit, quo minus causa intra annum expedietur.*

q) Verba haec, ex *Marciani Libr. II. Publicor. depromta, exhibet L. 7. pr. D. De muner. & honor.*

### §. XII.

Conspirant cum modo adductis *Ælii Marciani* verbis, ea quæ *Paulus* respondit r): *Si per accusatores criminum capitalium non fletisset, quo minus crimen intra statutum tempus s) persequeretur, reum non debuisse medio tempore honorem appetere.*

r) Scriperat haec *Paulus Lib. I. Responfor.* unde desumpta est *L. 2. D. Ad municip. & de incol. cuius §. 5. cirata verba extant.*

s) *Statutum tempus*, uti ex cit. *L. 7. pr. D. De muner. & honor.* contat, aeo, quo *Paulus* vixit, erat annale tempus. *Foritan & his verbis definitus usus est Paulus; verba vero indefinita sub-*

Rituit Tribonianus, ut sententiam Pauli Justinianeo juri conformem redderet. Hoc Triboniani ejusve sociorum, ut suspicari licet, emblemata Wissembachius in opusculo, quo emblemata Triboniani collegit, non adnotavit.

### §. XIII.

Anni, intra quem criminales causæ olim per agendæ erant, mentionem porro facit Æmilius Macer t), scribens: *Qui post inscriptionem ante litem contestatam anno, vel biennio u), agere non potuerint, variis Praesidum occupationibus, vel etiam civilium officiorum necessitatibus distracti; in Sctum x) non incident.*

t) Verba hujus JCti, ex Lib. II. Publicor. petita, sicut L. 15. §. 5.  
D. Ad Sct. Turpil. & de abolit. crimin.

u) Dion. Gothofredus in Not. ad h. I. scribit: *Hæc verba, vel biennio, Tribonianii esse notat Cujacius Cap. 21. de prescript. hic interea vestigium est, causas criminales olim anno finiendas fuisse. vid. L. reus. 7. in f. D. de muner. & eundem Cujacium I. Observat. 8. Contentit Cujacius & Dion. Gothofredo Wissemb. Emblem. Tribon. d. L. 15. §. 5. D. Ad Sct. Turpil.*

x) Sctum, ad quod sine nominis mentione provocat Æmilius Macer, abfque dubio est Turpillianum Sctum, ad quod hoc dicti JCti fragmentum reutulit Tribonianus in Pandectis. Ex hoc Scto, C. Petronio Sabino Turpillianio & C. Cæsonio Pæto Coss. A. U. DCCCXIV. five A. Christi LXI. lato, accusatores qui tergiverabantur, vel plane ab accusatione desistebant, infamia notabantur, quinque libris auri multabantur, atque in posterum accusare prohibebantur. L. 2. D. Ad Sct. Turpil. & de abolit. crim. L. 2. Cod. cod. L. 3. §. fin. D. De prævaric. Tacit. Annal. Lib. XIV. Cap. 29.

### §. XIV.

Præter hæc, quæ in Pandectis reperiuntur, non obscura annalis olim causarum criminalium

termini vestigia, diversæ, quæ in *Codice Theodosiano* existant constitutiones magis luculenta prisci hujus Romani juris testimonia præbent. Constantinus M. statuit y): *Ubi falsi examen inciderit, tunc acerri- ma fiat indago argumentis, testibus, scripturarum conla- tione, aliisque vestigiis veritatis.* Nec accusatori tantum quaestio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indica- tur, sed inter utramque personam sit judex medius, nec ulla interlocutione divulget, que sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, qua solum audiendi mandat offi- cium, præbeat notionem; postrema sententia, quid jibi liqueat, proditurus. Ultimum autem finem strepitus cri- minalis anni spatio 2) limitamus, quem litigantem disce- ptantemque fas non sit excedere: cuius exordium nasceretur auspicio contestata actionis apud judicem competentem: post probationem supplicio capitali, si id exigat magnitudo com- missi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, im- minente.

y) Hanc Constantini M. constitutionem ad Maximum Praefectum urbi, uti inscriptio indicat, missam L. 2. *Cod. Theod.* Ad Leg. Cornel. de falf. exhibet integrum. Adduximus vero saltem verba, qua L. 22. *Cod. Iust. diet. tit.* paucis resecatis vel immutatis, repetita sunt Subscriptio in utroque Codice hæc est: PP. VIII. Kal. April. in foro Trajanæ, Constantino A. VII. & Constantino Cæs. Cœf. i. e. a æræ Christi. CCCXXVI. Cum autem Maximi, Praefecti urbi, nulla dicto anno mentio fiat in Notitia Praeforum urbi, verum A. CCCXIX, CCCXX, CCCXXI & CCCXXII hanc constitutionem Jac. Gothofredus in *Not. re- ferendam* esse arbitratur ad annum, quo Constantinus A. VI. & Constantius Cæs. Cœf. erant sive A. CCCXX.

2) Jac. Gothofredus in *Comment. ad h. l. Cod. Theod.* scribit: *Praefixus hic anni terminus, ut criminalibus causis aliis, ita & falsi accusationi exequende hac Constantini constitutione: ideo Tribonianus h. l. pro his verbis anni spatio reposuit com-*

pendioso spatio. . . . Porro anni hujus exordium a testata  
actione apud judicem computari Constantinus jubet, id est a  
die litis contestata. L. ult. Cod. Iust. Ut intra cert. temp. Idco  
Tribonianus in L. 22. Cod. Iust. h. t. quæ ex hac defuncta est,  
pro testatae actionis clarius adhuc reposuit contestatae accusatio-  
nis. Consentit Willembach. Emblem. Tribon. ad L. 22. Cod. Ad  
L. Cornel. de falso tradens: In L. 2. Cod. Theod. eod. tit. est  
anni spatio, quod correxit Tribonianus, reposito compendiolo  
spatio, ut id conveniret cum L. ult. Cod. Iust. Ut intra cert.  
temp. crim. quest. termin. ubi statuitur biennum.

## §. XV.

Quod Constantinus M. ratione criminis falsi  
constituit, Theodosius M. de omni cuiuscunque cri-  
minis accusatione repetiit, Edicto a), his verbis  
promulgato: *Quisquis accusator reum in judicium sub  
inscriptio detulerit, si intra anni tempus b) accusatio-  
nem ceptam prosequi supersederit; vel, quod est contuma-  
cias, ultimo anni die adesse neglexerit, quarta bonorum  
omnium parte multatus, aculeos consultissime legis incur-  
rat; scilicet manente infamia, quam veteres iussierant  
sanctiones c).*

- a) Hanc Theodosii M. constitutionem exhibent L. 1. Cod. Theod.  
Ut intra annum crim. aëlio termin. & L. 1. Cod. Iust. Ut intra  
cert. temp. crim. quest. termin. Inscriptio hæc est: *Imp. Valen-  
tinianus, Theodosius & Arcadius AAA. Defidrio, Vicario  
Afæ. Subscriptio ita se habet: Dat. IV. Id. Jul. Treveris Ar-  
cadio A. I. & Bautone Coss. i. e. A. Christ. CCCLXXXV.*  
Quamvis autem & inscriptio & subscriptio in utroque Codice  
conspirent, alterutra tamen, uti Jac. Gothofredus in *Not. ad d. l.*  
*Cod. Theod.* obseruat, vitoia est. Eo enim tempore nemo  
Imperatorum Treveris constituit, cum Maximus Tyrannus, urbi  
huic incubuerat, & inde Trevericus Imperator dici meruerit;  
atque non idem Augustus Treverini in Imperii sui parte habere  
potuerit, & idem Afiam, cuius Vicario constitutio hæc inscripta  
est. Itaque aliam h. l. urbem, quam Treverim Galliarum, acci-  
piendam esse arbitratur laudatus Jctus,
- b) Ver.

- b) Verbis *int̄a anni tempus*, qua habet L. i. Cod. Theod. ut *intra annum crim. affio termini*. Tribonianus ex ratione, semel iterumque indicata, L. i. Cod. Iust. ut *intra cert. temp. crim. q̄uestio termini*. substituit *intra statutum tempus*. Tribonianus, scribit Jac. Gothofredus in *Comment. ad cit. leg. Cod. Theod.* L. i. & 2. Cod. Iust. ut *intra cert. temp.* & L. 22. Cod. Iust. de *falsis*. sic *interpolavit*, ut anni mentionem ubique tolleret. Conferit Wissemb. Emblem. Tribon. ad L. i. & 2. Cod. ut *intra cert. temp.*
- c) Jac. Gothofredus l. c. scribit: *Intra annum c̄ceptam] accusatio-*  
*nem non exequenti, moratori, fruſtratorique duplex pena im-*  
*ponitur. Prima quidem infamie, que & olim imposta erat.*  
~~• Altera pena h. l. adjicitur, multa quartæ partis~~  
*bonorum.*

### §. XVI.

Denique Imp. Honorius, ampliorem de ordi-  
 ne procedendi in causis criminalibus constitutio-  
 nem promulgans, annalem causarum criminalium  
 terminum confirmavit, inter alia statuens d): *No-*  
*verint judices, cuilibet culmini honorive praesidentes, ne-*  
*cessariis utriusque parti, si petantur, dilationibus non nega-*  
*tis e), a die inscriptionis f), intra anni curricula g),*  
*criminales causas limitandas: quo emenso, habeat accusa-*  
*tor, quia destitit, penam sibi legibus constitutam: & si*  
*persona vilior fuerit, cui damnum famæ non sit injuryia,*  
*penam patiatur exilii b); nisi forsitan intra anni metas*  
*consensus partium abolitionem poposcerit i).* In judicium  
 autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis a reo  
 vel accusatore dilatio posseletur, urgeant talium causarum  
 notionem, non exspectatis anni moris. Si vero accusator  
 vel reus, propter documents forsitan sibi necessaria, annum  
 voluerint custodiri, dare ad sensum debet patientia cogni-  
 toris, in alteram partem severiorem formatura sententiam l).

C

*¶) Hæc Honorii Aug. verba exhibet L. 2. Cod. Theod. ut intra annum crim. adiō termin. Legem hanc esse partem majoris constitutionis, de judicio criminali ab Honorio promulgatæ, observat Jac. Gothofredus in Not. & in Comment. ad h. l. Cod. Theod. Tom. III. p. 283, uti ostendunt citatae ab ipso Cod. Theod. leges, nempe L. 5. & ult. de exhib reis, L. un. Ne pastor. dent. L. 3. de superexaditione. L. 13. de fide test. & instrum. L. ult. de custod. reor. L. ult. de malef. & L. ult. de abolit. quæ ad eundem Praefectum Prætorio, eodem die & iisdem Coss. missæ sunt, tribus posterioribus exceptis, quæ ut ipse Gothofredus in Not. ad h. l. observat, VIII. Kal. Febr. diem subscriptum habent. Inscriptio hæc est: Imp. Honoriū & Theodosiū AA. Ceciliāo P. P. Italīæ scilicet, uti Jac. Gothofredus in Not. ad h. l. tradit. conf. Protopographia Cod. Theod. Tom. VI. part. ult. p. 44. edit. Lips. Subscriptio autem his verbis legitur: Dat. XII. Kal. Febr. Ravennæ Honoriū VIII. & Theodosio III. AA. Coss. i. e. A. Chr. CCCCI. Inscriptio, subscriptio, & verba constitutionis, quæ adduximus, paucis mutatis eadem sunt L. 2. Cod. Iust. ut intra cert. temp. crim. quæst. termin.*

*¶) In causis criminalibus accusatori duæ, reo tres dilationes causa cognita conceduntur; ex præscripto L. ult. D. de fer. & dilat. Jac. Gothofredus in Comment. ad h. l. 2. Cod. Theod. scribit: Vult Honoriū dilationes utriusque parti, id est, tam accusatori quam reo, a judice quidem dari; sed neque passim, neque longiores. Non passim; non nisi necessaria quippe de causa dilationes dari vult, proinde si nulla sit rationabilis causa, causam accelerari & a judice terminari jubet, non expeditatio anni termino: si vero necessarie sint dilationes, forte propter documenta sive instrumenta necessaria, nihilominus causa annum egredi non debet. Quæ duo ostendunt, annum criminalibus actionibus terminandis præstitutum; non ut aut judici aut accusatori integrum hunc ferme annum ducere licet, intendo rei judicio. sed ne hunc annum transgredi licet, ut maxime dilationes rationabiles vel necessariae sive reo, sive accusatori tribuenda sint.*

*¶) Verba a die inscriptionis cum verbis L. 2. Cod. Theod. defals. supra § XIV. citata, cuius exordium testata apud judicem competentem adiōnis nascetur auxilium, adhibita distinctione conciliat, & Cujacium corrigendo explicat Jac. Gothofredus in Comment. ad h. l. Cod. Theod. ut intra annum crim. adiō termin. Tom. III. p. 282. scribens: A die inscriptionis annum*

numerari constitutione hac ut  $\mathcal{E}$  proxima sequente cauitum est; si videlicet accusatio sub inscriptione ferret, id est, quibus causis ab accusatore inscriptio requiretur: si vero inscriptio non requiretur, a die litis  $\mathcal{E}$  actionis simpliciter contestata, ut docuit L. 2. Cod. Ad L. Cornel. de falf. Breviter, hoc jure ubi  $\mathcal{E}$  quando inscriptio in crimen exigebatur, ab inscriptione annus numeratus est; ubi vero inscriptio non exigebatur, a die litis simpliciter contestata. Quae posterior diffindit Cujaciam cum in mentem non venisset d. l. 2. de falf. minus recte interpretatus est. Idemque IX. Obs. 2. inter jus vetus  $\mathcal{E}$  novum non recte diffinxit: quasi jure veteri ab inscriptione tempus anni duceretur; novo a lite contestata; cum tamen d. l. 2. de falf. que juris veteris est, a lite contestata ducatur.

(2) Tribonianus ex saepe dicta ratione, ut scilicet legem hanc Iustini neo juri convenienter redderet, ipsius verbis, intra anni curricula, substituit verba, intra certum tempus; porro, loco verborum intra anni metas, posuit intra statuti temporis metas, & tertia vice in verbis, non expeditatis anni moris, mentionem anni subducens, scriptis simpliciter, non expeditatis moris. Indicat haec emblemata Tribonianii prater Willembachium, cuius verba in sequentibus adducemus, Jac. Gothofredus in Not. ad h. l. Idem ratione hujus annalis termini in Comment. ad h. l. Tom. III. p. 284. tradit: *Annis praestitutis, ne eum egredi liceat, non etiam, ut ne interiore termino criminalis actio terminari possit  $\mathcal{E}$  debeat. . . . Est scilicet hoc breve tempus anni in rei faciem conformatum, ne diutius in squalore  $\mathcal{E}$  reatum maneat. . . . At non eriam in accusatorum favorem, quasi, delato semel reo, liceat ei accusationem morari  $\mathcal{E}$  judicium toto ferme anni tempore protelare. . . . Beneficio denique, quod reo tribuitur, accusator non utitur. . . . Item hac lex offendit, consensum partium non posse efficiere, ut liceat judicii, judicium criminarie preferre ultra annum. Non plus valere potest padua privatorum, quam jus publicum. Constitutio siquidem hanc legem judicii dixit, scilicet si non sit causa preferenda criminalis cause in annum. Si possit cum judex citius dirimere,  $\mathcal{E}$  nulla sit causa dandae dilatationis, debet judex eam mox finire, non expeditatis anni moris; nisi actor  $\mathcal{E}$  reus, inquit lex, voluerint communi consensu annum a judge observari, dum sperant interim, se habitibus complura documenta litis sibi: nam volentibus litigitoribus annum observare, assentire debet judex. Voluntas igitur litigitorum aliquid potest, sed ultra legitima tempora; ultra legitima tempora nil potest.*

*Itaque si voluerint, ultra annum seu legitima tempora proferri,  
consensus eorum nil efficiet.*

- h) Infamiae, quae viris honestis & divitibus est poena gravis, in vilibus & egentibus æquiparatur poena exilii. L. 35. D. *de injur.*
- i) Abolitio vel publica vel privata, qua Princeps aliquem e numero reorum eximit, accusatori necessitatem prosequendi accusationem remittit. L. 8. L. 9. L. 10. pr. L. 12. D. ad SCt. Turpili. *& de abolit. crim. conf. L. ult. Cod. Theod. & Jus. de abolit. ad quam legem, Jac. Gothofredus in Comment. Cod. Theod. Tom. III. p. 289. scribit: Veteri jure accusator abolitionem petere poterat quodcumque, invito reo, antequam lis ad finem perduceretur. Excipiebatur tantum ex Antonini & Veri rescriptis hic casus: si videlicet lis diu satis traxisset, id est, si lis non procul abscesset a termino, qui finiendis causis criminalibus praesertim est. Abolitio scilicet non visa fuit tribuenda accusatori, qui reum tandem vexasset. Rescripta Imp. Antonini & Veri, que Jac. Gothofredus memorat, allegavit Papirius Justus Lib. I. de constitut. unde defumta est L. ult. D. ad SCt. Turpili. *& de abolit. crim. Verba pr. & §. i. did. leg. funt: Imp. Antoninus & Verus Augusti Julio Vero rescripsierunt; cum satis diu litem traxisse dicetur, invito adversario non posse cum abolitionem accipere. Item rescripsierunt, nisi evidenter probetur, consentire adversarium, abolitionem non dari.**
- k) Haec & sequentia verba Tribonianum recidisse, Jac. Gothofredus in *Not. ad h. l. observat.*
- l) Ultimorum verborum sensum ita reddit interpretatio h. l. sub juncta: *Pars, que post inducias ab ipsa scilicet petitas & impetratas fuerit superata, distictiori sententia feriatur.*

## §. XVII.

Annale tempus finiendis causis criminalibus prisco Romanorum jure statutum & variis Imperatorum constitutionibus firmatum, Justinianus mutans biennalem causis criminalibus terminum posuit. Edictum hac de re promulgatum, Justinianam de termino causarum civilium constitutionem

præcessit, & Kal. April. A. Chr. DXXIX. editum esse videtur *m*). Verba ejus sunt *n*): *Criminales causas omni modo inter duos annos a contestatione liti connumerandos finiri censemus; nec ulla alia occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennii excessum, minime ulterius lite durante, accusatum absolvit. Scientibus iudicibus, eorumque officiis, quod, si litigatoribus admōnentibus, ipsi liti introductionem vel examinationem distulerint, poena vicenarum librarum atiri feriantur.*

*m) Edicti hujus inscriptio est: Imp. Justinianus A. Mennæ P. P. & subscriptio ita exhibetur: Dat. Kal. Aprilis. Cum autem manca sit subscriptio, & Consul nomina deficiant, annus, quo hæc Justiniani constitutio prodidit, incertus esse videtur. Id tamen liquido constat, eam anteriorem esse VI. Kal. April. Lam-padio & Oreste Coff. five d. 27. Mart. A. Chr. DXXX. quo tempore Justinianus constitutionem de termino caufarum civilium editit; siquidem in ea hæc leguntur verba: *criminales quidem cau-sas jam nostra lex biennio concludit. L. 13. pr. Cod. de judic. conf. Diſſ. ſiftens Justinianum terminum litiibus ponentem. § 1.* Graeca porro Justiniani constitutio ex Lib. LX. Tit. 35. Baſitico-rum reſtituta, a Contio latine reditita & Tit. Cod. Juf. de cauſo- reor. subjuncta, annalem caufarum criminalium terminum me- morat, his verbis: *Si vero accufator, qui ſe inscriptit auctor fuit ejus (rei ſeīl.) detentoris, detur reus ſub fidejuſſione: vel ſi non reperiat fidejuſſores, maneat quidem in carcere; cauſa autem intra annum terminetur.* Constitutionis autem hu- jus pars cum exhibeat L. 22. Cod. de Epifc. audient, eique subscripti ſint dies & Consul XV. Kal. Febr. Decio Cof. five dies 18. Jan. A Chr. DXXIX; inde colligimus: Justinianeam de bienali caufarum criminalium termino constitutionem editam esse Kal. April Decio Consule five d. 1. April. A. Ch. DXXIX. Id denique obiter adnotamus; præter L. 3. Cod. ut intra cert. temp. crim. queſt. term. tres occurrere in Codice repetitæ præ-lectionis, quemam illum hodie habemus, Justiniani constitutiones, abſque Consulum, ſub quorum magistratu prodierunt, nominibus, nempe L. 6. Cod. ubi cauſa ſtatus agi deb. L. 12. Cod. de ſentent. & interloc. omn. jud. & L. 1. C. de aſſert. toll.*

C 3

Vid. Index legum Cod. alphab. & chronol. apud Wieling  
Jurisprud. refit. p. 101.

- n) L. 3. Cod. ut intra cert. temp. crim. queſt. termin. Rubricam  
hanc ita concepit Tribonianus, ut ea conveniret huic Justiniani  
constitutioni; cum Tit. 36. Lib. IX. Cod. Theod. leges de cau-  
ſarum criminalium termino exhibens, inscriptus sit: ut intra  
annum crim. adiō termin. Jac. Gothofredus Comment. ad L. 1.  
Cod. Theod. diſt. tit. Cujacius Not. ad Lib. IX. Tit. 44.  
Cod. Justin. Tom. X. Opp. p. 44.

### §. XVIII.

Brevius est hoc Justiniani edictum, quam ple-  
raque Justinianeæ constitutiones esse solent. Conſtitu-  
tio, qua civilibus cauſis terminum posuit Justinianus,  
vicies fere amplior hoc, quo criminalium  
cauſarum terminum mutavit, edicto. Nullum ei  
præmittitur exordium, quo rationes, quæ ipsum  
moverint annalem cauſarum criminalium terminum  
duplicandi indicantur; imo hic prisci juris terminus  
plane silentio tegitur. Solida porro hujus mutationis  
ratio vix patet; cum durum fit, ultra annale  
tempus in reatu eſſe, & durius omnino fit, ultra  
hoc temporis spatium miserias carceris perpeti.  
Cauſas criminales, quantumvis perplexas vel ob  
absentiam testium aut correorum prorogandas, in-  
tra annale tamen tempus finiri posse, prisci juris  
auctores non temere credidisse videntur. Si etiam,  
quod rarissime continget, absentia vel ſimilis caula  
finiri judicium criminale intra annum impeditat;  
propter rariorem tamen caſum legem mutari & ei,  
quam humanitas ſuafit, duriorem ſubſtituere, prin-  
cipiis juris o) & æquitati, cuius tamen ratio maxi-

me habenda est p), repugnat. Niumum Justiniani, vel potius Triboniani, leges mutandi studium sive pruritum, nec diffitentur illi, qui æqua lance eorum in jurisprudentiam merita ponderant q).

o) *Jura constituta oportet, ut dixit Theophractus, in his quæ ēώ id est, ut plurimum accidunt, non quæ ex παραλόγῳ, id est, ex inopinato.* L. 3. D. de legib. SCt. Et longe constetud. Ex his, que forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituantur. L. 4. D. eod. Nam ad ea potius debet aptari jus, que & frequenter & facile, quam quæ perraro eveniunt. L. 5. cod. τὸ γένετον δις; id est, quod enim semel aut bis existit, ut ait Theophractus, παραβάσεων οἱ νομοθέται, id est, preterirent legislatores. L. 6. cod.

p) *Placuit, in omnibus rebus præcipuum esse iustitiae æquitatisque, quam stricti juris rationem.* L. 8. Cod. de iudic. In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas spectanda sit. L. 90. D. de reg. jur.

q) *Hottomannus in Antitriboniano Cap. XI. adducens locum Suidæ, Tribonianus pecunia ad mirandum avidus, jus pretio vendere solitus;* & legum in dies alias plorunque tollebat, alias scribebat, pro cuiusque necessitate, accepto pretio addit cum Procopio in *Anecdotois sive Historia Arcana*, eum habuisse publicum condendi & abrogandi leges mercatum, ut non abiaret dies, quin aliquam figeret aut refigeret, prout privato cuidam utile & commodum esse videret. Gravina de ortu & progressu jur. civil. n. 137. Procopii in *Arcana Historia* dictis opponit reliquos ejus libros, in quibus refert; Tribonianum ingenio fuisse miti atque humano, & lucri quidem cupidum, sed honesti, atque ad leges figendas resigendasque non tam pretio, quam inconstanter rerum humanarum adductum fuisse; addit tamen: Ego sane illum, perinde ac vulgo solent homines, neque vitiorum crediderim, neque virtutum summam attigisse: et si non semper, at aliquando certe in mutatione juris veteris & novi creatione, pretio, aut potentia fidem addixisse.

### §. XIX.

*Edictum hoc Justiniani duabus constat partibus. Prima pars exhibet ipsam, qua causis crimi-*

inalibus biennalis terminus ponitur, legem; altera continet legi huic additam sanctionem poenalem. Pars prior duobus potissimum dubiis obnoxia est. Cujacius r) nempe cum Dion. Gothofredo s) distingens inter criminum reos, qui extra vincula causam dicunt, & eos, qui carceri inclusi sunt, existimat; illorum demum causis finiendis jure novo Justinianeo biennale tempus præscriptum esse; horum autem, quorum durior utique est conditio, causas intra annum, qui olim indistincte obtinuerat, terminandas esse. Induxerunt Cujacium & Jctos, qui eum sequuntur, in hanc sententiam supra §. XVII. not. m) citata Justiniani constitutio, quæ ex Libris Basilikorum restituta Tit. Cod. de custod. reor. sub juncta est, & adductus §. XI. locus ex Aelii Marciani L. II. Publ. depromtus, quem L. 7. pr. D. de muner. & honor. exhibit; in quibus duabus legibus mentio subficit annalis causarum criminalium termini, & ut pugnam, quæ est inter has leges, cum hoc, de quo agimus, Justinianeo edicto, sive L. 3. Cod. ut intra cert. temp. crim. quæst. term. tollerent, distinctionem inter reos extra vincula constitutos & reos carceri inclusos ex cogitaverunt vel approbaverunt. Sed nulla plane in fæpe memorato Justiniani edicto hujus distinctionis fit mentio, imo illa potius excludi videtur verbis omni modo & nulla alia occasione; ut ergo merito doctribus, ita distinguenteribus, opponatur Brocardicum: *Lege non distinguente, interpretum non est distinguere t).* Citata porro l. ult. Cod. de custod. reor. qua Codicis, quæ

quæ supersunt, MSta omnia carent, auctoritate Justiniani in Codice omissa videtur, quia Imperator eandem L. ult. Cod. ut intra cert. temp. crimin. quæst. termin. abrogaverat. Denique in L. 7. pr. D. de muner. & honor. juris veteris, quo annalis erat caufarum criminalium terminus, vestigium contra mentem Justiniani, ex Triboniani & ejus in componentibus Digestis sociorum incuria sive non curantia & oscitantia remansisse Willembachius <sup>1)</sup>, Jac. Gothofredus <sup>2)</sup> & ipse Cujacius <sup>3)</sup> recte observavisse videntur. Unde potius probamus Matthæi <sup>4)</sup>, quam Doctores communiter tuentur, sententiam: Jure novo Justinianeo simpliciter & absque distinctione obtinere biennalem caufarum criminalium terminum.

q) Cujacii in Comment. ad tit. Cod. de custod. reor. Tom. IX. Opp. p. 1444. verba sunt: *Ex ea constitutione, nempe L. ult. Cod. de custod. reor. intelligimus biennium, quod ab eodem Justiniano prescribitur, finiendas causis criminalibus L. ult. Cod. ut intra cert. temp. tunc duntaxat procedere, cum reus non est conjectus in carcere, nec dicit causam ex vinculis. Alioquin haec l. ult. que prescribit annum, pugnaret cum altera l. ult. que prescribit biennium.*

r) Laudatus JCtus ad L. ult. §. 2. C. de custod. reor. notat: *An-nus datur est causis criminalibus custodiarum finiendas, ut hic, biennium, quoties rei causam non dicunt ex carcere. l. ult. Cod. ut intra cert. temp.*

s) Barbosa Thesaur. loc. commun. Lib. IX. Cap. 37.

t) Emblem. Tribon. ad inscriptionem Tit. 44. Lib. IX. Cod. *Cau-sæ criminales anno olim uno definienda erant, quod vel intelligi potest ex inscriptione Tit. 36. Lib. IX. Cod. Theod. ut intra annum criminalis actio terminetur; Justinianus vero intra biennium eas finiendas esse statuit l. ult. C. ut intra cert. temp. crim. quæst. terminus, quam legem Tribonianus considerans sicut*

*tituli inscriptionem mutavit, & pro intra annum scriptit intra certum tempus: sic & in l. 1. pro intra anni tempus, supposuit intra statutum tempus, & in l. 2. pro intra anni curricula, reprobusit intra certum tempus: quomodo & in Rescripto Constantini L. 22. C. Ad. L. Cornel. de fals. pro anni spatio, interpolator noster scripsit, compendioso spatio. Cauta scilicet & compendiose. Sed ut vetus proverbium monet, mendacem memorrem esse debere: sic & oblitus eius non debet interpolator: at qui Tribonianus nove legis oblitus videtur cum Pandectas postea colligeret: nam in L. 7. ff. de munera & honoris scriptit, reum post annum, quam delatus est, petere honores posse; nisi per ipsum fieriterit, quo minus causa intra annum expeditatur. Reete quidem hoc scriperat Marcianus, cuius tempore intra annum finienda erat causa criminalis: & reus aliqui absolutus, atque ex reis exentus esse intelligebatur: sed si Tribonianus jus condonare conlante voluit, quod cum Justiniani jure conveniret, hic quoque biennium pro anno supponere debuit.*

a) in Comment. ad L. 1. Cod. Theod. ut intra ann. crim. adiutor termini.

b) Lib. I. Observ. Cap. 8.

y) Matthæus de crimin. Lib. XLVIII. Tit. XIX. Cap. 6. num. ult. scribit: Distinguunt Cujaci, utrum reus ex vinculis causam dicat, an solutus. Si ex vinculis causam dicat, annus, inquit, obseruandus est; si solutus, biennium. L. ult. Cod. de custod. reor. L. ult. C. ut intra cert. temp. crim. quæst. termini. Verum cum adducta l. ult. C. de custod. reor. sit ex Græcis constitutio-ribus deperditus, que licet ex Basiliis opera doctorum virorum restituta, auctoritatem juris in foro non obtineat: idcirco cum communis schola malum absque distinctione dicere, biennium legitime accusationis finem atque terminum est. Add. Brunnen. in Comment. ad tit. Cod. ut intra cert. temp. n. 8.

## §. XX.

Alterum, quod circa partem primam hujus editi obtinet, dubium, concernit sensum verbi *absolvere*. *Absolvere*, ut D. Augustinus <sup>2)</sup> ait, plerumque significat, reum judicare innocentem: hoc in

sensu si Justinianus verbo *absolvi* usus esset, reus, quamvis de ejus innocentia non constaret, post biennii a die litis contestatae lapsum ab omni poena immunitus foret: cum autem Imperator reum, non simpliciter, sed saltem a lite, post biennii excessum absolvendum esse dixerit, verbis; *post biennii excessum, minime lite durante, accusatum absolvi*: Glossa a), quam Doctores b) merito sequuntur, statuit; reum post lapsum biennii ab observatione judicii sive ab instantia & accusatione sive persecutione criminali contra ipsum instituta, saltem absolvit. Confirmat hanc Glossæ interpretationem, id, quod in civilibus causis absque dubio obtinet. Ut enim reus in civili causa triennii a die litis contestatae lapsu ab instantia saltem absolvitur c); ipsa autem actio sive jus eum in judicio persequendi, decem, viginti, triginta annis, aut longiori vel breviore temporis spatio pro diversa actionis, quæ mota est, indole, demum extinguitur d): ita quoque reus in criminali causa, lapsu a die litis contestatae biennio, ab accusatione saltem ita absolvitur, ut extra reatum constitutus, incommodis, quæ reos manere §. II. diximus, careat; ipsum vero delictum viginti demum annorum, si regulam spectas, præscriptione, ita tollitur, ut poena omnino cesset.

2) Sermone XXVIII. Briffonius de verb. signif. V. *Absolvere* & Calvinus Lex. Jur. d. v.

a) Ad I. ult. C. ut intra cert. temp. V. *accusatum absolvi* addit ab observatione judicii.

b) Brunnenmann, in Comment. ad Cod. ut intra cert. temp. n. 4. scribit: *Post lapsum biennii reus est absolvendus, scilicet ab*

*infantia non a crimine.* Matthæus de crimin. Lib. XLVIII. Tit. XIX. Cap. 6. Num. 5. tradit: *Verbum absolvitur interpretor cum Glossographis*, absolvitur ab instantia, non a crimine. Nam & in civili iudicio, cum disceptatio protra&ta est ultra triennium *infantia perit auctori*, non causa L. Properandum 13. §. Et siquidem 2. & §. hujusmodi. C. de Jūdic. Innuant hoc ipsum verba Justiniani afferentes saltem, quod post biennium *lis non amplius duret*, non autem quod crimen extinguitur. Treutler Sele&t. Disp. Vol. I. p. 134. Disp. XII. Th. 15. ait: *Judex causas cives intra triennium, criminales intra biennium a lite conte&ta decidere debet, alioqui perit infantia.* Addit: not. e). Quomodo *infantia ab actione differat*, pulchre explicat Nicol. Sudorius Lib. I. Civ. disp. a&lio est jus ipsum persequendi, quod iis demum temporibus pra&scribitur que jure circa singulas actionum species definita sunt. Unde si agenti prescriptio ob&iciatur & probetur, reus tota causa absolvitur: *infantia autem tantum est contextus sive continuatio processus in iudicio deduci.* Conf. Hilliger Donelli enucleati part. alt. p. 1387. Lib. XXVI. Cap. 2. not. (n). scribens: *Reus ab infantia absolvitur, ac ab alio denuo accusari potest, opinor.* Add. Capycii Decisi Neapol. Dec. CCVI. p. 242. Grammatici Consilia Voto XXXI. p. 258. & Bajard Addit: ad Julii Clari practicam criminalem. Quæst. LI. n. 19. sq. p. 174.

c) Diff. sistens Justinianum termin. litib. ponent. §. 12. Diff. de peremptione infantia. §. 11.

d) Tot. Tit. Dig. de divers. temporal. prescript. Tit. Cod. de prescript. 30 vel 40 annor. & Commentatores ad dd. Titt.

e) Querela falsi temporalibus prescriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione: scut catena quoque fere criminaria. L. 12. C. Ad L. Cornel. de falsi. Carpov. prax. crim. Quæst. CXLI. num. 8. & Boehmer Observat. sele&t. ad di&t. Quæst. p. 135. sq.

## §. XXI.

Persecutionibus criminum breviorem, quam civilibus causis, terminum posuit Justinianus, partim quia humanitas suadet, & publica salus exit, ut §. II. adnotavimus, criminis reorum cau-

sam promptum exitum capere, eosque absque mora,  
maxima tamen adhibita diligentia, vel absolvit vel  
condemnari; partim quia civiles causæ s̄epe impli-  
catæ & obscuræ sunt & longius examen requirunt f),  
criminales vero causæ plerumque facilius discuti &  
decidi possunt g).

f) Cicero Lib. II. de Oratore Cap. 24. Quarum rerum negligen-  
tia plerasque causas, & maxime privatas (sunt enim multo  
sēpe obscuriores) videmus amitti.

g) Cujacius Observat. Lib. XVII. Cap. 23. scribit: Quod causas  
privatis in iudicio terminandis praefinita sint longiora tempora  
quam publicis . . . ex istimo non alia ratione quam quod pri-  
vatae causæ sunt obscuriores. M. Tullius II. de Orat. . . Nec  
ideo sequitur, longiora tempora iudicii esse praescripta, tra-  
henditis publicis quam privatis consiliis & causis, sed in pri-  
vatis intra triennium festinare, s̄epe iudicem incundanter, in  
publicis cunctanter admodum & timide progrexi intra biennium.  
Fornierius Rer. quotid. Lib. III. Cap. I. apud Ottomem Theſ:  
Jur. Rom. T. II. col. 195; hac de quaestione Cujacii sententiam  
adducens ita sentit: Cur pecuniariis litibus longiora, quam cri-  
minalibus tempora praescripta sunt? An non sūt æquius, illis  
dirimendis, quæ levioribus, spatiis breuieris indulgeri; his  
vero longius, cum sint majoris momenti; . . . & quo queque  
res gravior periculoforque est, eo circumspicitorem providen-  
tiam & maturius consilium exigat. . . Cujacius Lib. XVII.  
obs. Cap. 23. differentie ratione inde repetit, quod auctore  
Tullio privatæ causæ s̄epenumero sint obscuriores: ego vero  
reorum favorem hac in re verfari crediderim, ne litibus in in-  
finitum protrahit diutius affigantur, ut Græci, hanc queſtio-  
nem tractantes, sensisse videntur. Lib. LX. Baſilic. Tit. 65.  
ne miseri diutius in reatu mancant, ac interim situ carceris &  
ſqualore conficiantur. L. Reſtores. 24. C. de pœn. arg. L. 1. & 2.  
D. de liber. hom. exhib. denique, ut aut convidos velox pœ-  
na subducat, aut liberando diurna custodia non mactet.  
L. 1. L. de his C. de custod. reor. Enim vero, ut in plerisque  
dura reorum conditio est, sic in aliis eam sublevare fraudet hu-  
manitas. L. Si diurno 25. D. de pœn. Addimus verba Wil-  
sembachii Emblem. Tribonian. ad. L. 15. §. 5. D. Ad Sct.  
Turp. p. 168. Cur citius causæ criminales, quam civiles sunt

D 3

terminandæ? An quia civiles sunt obscuriores, ut Cujacius respondet. . . . An potius, quia trifis est & fijualidus rerurua statu, & misericordia ancipator . . . quorun itaque interest, non diu patre expectatione; qua ipsa sape pœna est molefior, urgeri. Conf. Giphanius Explanat. LL. Cod. Ad L. Properandum 13, C. de judic. p. 140. & Jac. Gothofredus in Comment. Ad L. i. Cod. Theod. ut intra annum crim. adi. term. Tom. III. p. 282.

### §. XXII.

Supereft altera edicti, quod exponimus, pars, quæ legi additam sanctionem pœnalem continet. Justinianus gravem viginti librarum auri b) multam statuit absque discrimine erga omnes judices, eorumque officia sive officiales i), quorum dolovel culpa admissum erit, ut causa criminalis intra legitimas biennii metas, admonentibus quamvis litigatoribus sive accusatore sive reo, ad finem non perduceretur. Cum vero injusta causarum civilium dilatio minoribus incommodis malisve obnoxia sit, quam longior, quam lex permittit, criminalium causarum mora; Imperator judicibus, causas civiles protrahentibus, merito multam minorem scriptis, eamque pro judicium dignitate sive gradu diversam, decem nempe vel trium librarum auri k).

b) Gravis utique est multa a' Justiniano dictata; libra enim auri, uti constat ex constitutione Valentiniani & Valentis, quam L. 5. Cod. de fufceptor. prapos. & arcar. exhibet, septuaginta duobus solidis, sive aureis, constitit; atque hinc multa hæc fuit mille quadringtonitorum quadraginta aureorum. Koolius ad L. Ateriam Tarpejam de multis apud Ottonem Theſ. Jur. Rom. Tom. V. p. 1538. ſq. Aurei valorem in Pandectis Gronovius de pecun. veter. Lib. II. Cap. V. explicat. Aurei valor Constantini M. temporibus æquabat viginti denariorum valorem; hodie du-

- catum sive decem libras Turonenses æquat. Briffon, de verb.  
signif. V. solidus. Conf. Diff. de pena judicum & advocato-  
rum, terminum litium a Justiniano postum negligentium, §. ult.
- i) Officium pro officialibus, ministris & apparitoribus magistratuum  
& judicum in L. ult. Cod. ut intra cert. temp. L. i. C. de bon-  
vacant. L. i. C. Ne si f. rem quam vend. alisque legibus ponit-  
tur. Briffon, de verb. signif. h. v.
- k) L. 13. §. 8. C. de judic. Conf. cit. diff. de pena judicum &  
advocat, term. lit. neglig. §. 3.

### §. XXIII.

**I**nstantaneum, de biennali causarum criminali-  
um termino, jus, cum in Libris Basilicorum repe-  
titum sit l); inde colligitur, terminum hunc inde a  
seculo post Christum natum sexto & imperio Justi-  
niani ad initium seculi decimi & tempora Leonis  
Sapiens atque Constantini Porphyrogenetæ in Imperio  
orientis constante usu servatum esse.

**I**) Basilicorum Lib. XV. Tit. LXV. ut intra statutum tempus  
criminalis quæfio terminetur inscriptus, editionis, quam Fabrot-  
tus procuravit Tom. VII. p. 920. interprete Cujacio sequentes  
leges exhibet.

**L. 1.** Qui quem criminis postulavit, intra biennium implere  
suam accusationem debet: quod si neglexerit & ultima die non  
adferuerit & difulerit, quarta parte bonorum suorum multatur  
& infamis efficitur.

**L. 2.** Criminalis causa intra biennium impleatur, computan-  
dum a die inscriptionum, nec sibi dilationibus utriusque parti  
presbitis. Hoc vero tempore clauso, negligens accusator subeat  
panam, legibus constitutam & si vilior fuerit, relegetur; nisi  
interim abolito petatur, judices autem non nisi necessarias di-  
lationes præbere oportet.

**L. 3.** Criminales cause terminari debent intra biennium, quod  
si judices difulerint, viginti librarum auri multam subeant.

## §. XXIV.

Nec in Imperio occidentali Justinianea de biennali causarum criminalium termino constitutio plane in oblivionem venit. Memoravit eam sub initium Seculi XIII. Innocentius III. S. Pontifex, juris civilis, pro temporum, quibus vixit, statu peritisissimus, in epistola decretali ad Silvanectensem episcopum & abbatem Latiniacensem, Parisiensis diocesis & decanum Silvanectensem, missa, scribens: *Cum enim secundum juris civilis auctoritatem in illis etiam casibus, in quibus solennis ordo judicarius observatur, in criminali causa ultra biennium a contestatione litis non sit ejus instantia protractanda m).* Jure tamen Canonico instantiam in causa civili æque ac criminali, nullo temporis lapsu, perire communiter stant interpretes n).

m) Epistolam hanc Laterani VII. Kalend. Martii pontificatus Innocentii III. anno decimo tertio datam exhibet Baluzius *Epistola rum Innocentii III. Lib. XIII. Ep. 1. Tom. II. p. 405. sig. Conf. Gonzalez Comment. Decretalium Gregorii IX. ad Cap. 4. X. de offic. & potest. judic. deleg. n. 3. Tom. I. p. 661.*

n) Allegatur in hanc sententiam præcipue Cap. penult. X. de judic. Tiberius Decianus traſt. crim. Lib. II. Cap. XXI n. 14. scribit: *Jure civili datur instantia, tam in civilibus quam criminalibus, qua perenta, corruit processus; quod securus est de jure Canonico, quo nulla perit instantia, etiam per mille annos.* Conf. Boërius ad *Confutat. Bituricens.* Tit. II. §. 23. Boehmer *Jus ecclesi. Profeſ. Lib. II. Tit. 1. §. 14.*

## §. XXV.

Laudati S. Pontificis temporibus invaluit, ut magistratus, nemine quamvis accusante, ex officio profe-

prosequerentur eum, quem vel denunciatio ab aliquo facta, vel & fama delicti admissi reum arguit<sup>o</sup>). Haec procedendi ratio, auctore potissimum Innocentio III, in foris ecclesiasticis recepta, successu temporis in foro quoque secularia adeo tracta est, ut hodie processus in Germania & alibi rarissime accusatorius, & plerumque inquisitorius sit p); & inscriptio in crimen, ad quam olim accusator tenebatur, omnino in usu esse desierit q).

o) Boehmer *Jus ecclesiast. Profect.* L. V. Tit. I. §. 86, sgg. Thomasi Diff. de origine processus inquisitorii, Ejudem Diff. de origine ac progressu processus inquisitorii contra sagas §. 18. Kress Comment. in *Constit. crimin. Caroli V.* Imp. ad art. VI. & VII. §. 3. scribit: Antiquior est processus accusatorius inquisitorio: neque dissimulandum, quod hic clero debetur... Plane prohibita olim videtur inquisitio ex officio, textus est perspicuus Lib. 7. C. 359 Capitular. placuit, ut nullus quemquam clericorum vel laicorum de suspicione aliqua judicare presumat; similiter nec sine accusatore legitimo quispiam condemnetur, quia pessimum & periculosum est, quempiam de suspicione judicare, aut sine legitimo accusatore quemquam damnare. Pertinet hoc regula, que in Summario Speculi Sa-xon. L. I. Artic. 62. habetur: Wo kein Kleger ist, da soll auch kein Richter seyn; vel ut in textu habetur: Jedermann mag wohl seinen schaden verschwiegen. Engau, Elem. Jur. crimin. Lib. II. Tit. VI. §. 66. processus inquisitorii natales Imp. Lothario tribuit scribens: Olim valebat regula, Wo kein Kle-ger, da kein Richter. Processus inquisitorius, quem Sec. XII. introduxit Lotharius, ut ecclie eo facilius & celerius recu-perarent res furto amissas, subsequentibus temporibus est mox approbatus, mox reprobatus, mox in paucis, mox in omnibus atrocioribus criminibus admissus.

p) Boehmer l. c. Lib. V. Tit. I. §. 88. Hodie fere quævis judicia, etiam extra Germaniam, tæte Julio Claro Lib. V. Sentent. §. fin. quest. 3. n. 5. alium ordinarium non agnoscunt processum, quam inquisitorium, ut accusatorius instar avis alba esse cene-feratur. Engau l. c. Lib. II. Tit. V. §. 63. Accusatio, quia ac-cusatori non unum & alterum, sed varia fert inconvenia,

*hodie fere ignoratur.* Indicat hæc incommoda Frœlich de Frœlichsburg Commentar. in K. Karls des V. Peinliche Halsgerichts-Ordnung. i Traſt. i Buch i Tit. n. 2. & IV Buch XXIII Tit. n. 3. præcipua sunt, quod accusator proceſsum coeptum per omnes partes continuare, cum reo in scriptis super delicto diſputare, cautionem de lite proſequenda preſtare, fumtuſque litis fatem ab initio preberet teneatur. Bochmer Elem. Jurispr. crimin. Lib. I. Sec. 1. Cap. IV. § 83 ſq. De uſu Galliae tradit Ferriere Diſt. de Droit & de Pratique. Art. Accusateur: Nous avons deux ſortes d'accusateurs, ſavoir les parties civiles, & les procureurs du Roi, ou les procureurs fisciaux des Seigneurs. Les parties civiles ne peuvent conclure qu'a la réparation du dommage qu'ils ont ſouffert, a caufe du crime commis en leurs personnes, ou en celles de leurs proches, ou en leurs biens, & ne tendent point à la punition corporelle; mais par leur plainte, ils requièrent la jonthion du procureur du Roi, ou du procureur fiscal, & concluent feulement a la réparation civile avec cette claſſe; Sauf à M. le procureur du Roi, ou a M. le procureur fiscal, à prendre pour la vengeance publique, telles concluſions, qu'il avivera bon être. A l'égard de la vindicta publique, c'eſt-a-dire, de la punition corporelle du criminel, elle ne peut être pourſuivie que par le procureur du Roi, ou par le procureur fiscal, en la personne desquels réſide l'intérêt public. Il n'y a qu'celui qui a intérêt à la vengeance d'un crime qui puiffé porter partie civile; ceux qui n'y ont qu'un intérêt public, peuvent feulement ſervir d'infigateurs & de dénonciateurs envers le procureur du Roi . . . Quand après un crime commis, il ne ſe présente point de partie civile, le procureur du Roi, ou le procureur fiscal du lieu où le crime a été commis, eſt obligé d'en faire la pourſuite en ſon nom & à ſa diligence, aux dépens du Roi, ou du Seigneur Haut-juſficier du lieu, ſuivant l'Art. 8. du Titre 3. de l'Ord. criminelle. Il eſt même obligé d'en faire la pourſuite, quoique la partie intérêſée demeure dans le ſilence, lorsque c'eſt un crime grave, qui intéresse le public. Conf. Art. Denonciateur, Art. Partie civile, Art. Partie publique. Ejusdem Jurispr. du Digeste Lib. XLVIII. Tit. 1. & Jurisprud. du Code Lib. IX. Tit. 1. & 2.

q) Inſcriptio accuſatoris in crimen & poena talionis erga eum, qui per calumniā vel temere accuſatiſſe depreheſus fuerit, quamvis Jure Canonico, nempe Can. 3. & 4. Caus XI. Quæſt. 8. & Can. 2. §. 1. Caus. IV. Quæſt. 4. Can. 3. Caus. V. Quæſt. 6. Cap. 14. & Cap. 16. X. de accuſat. repetita moribus hodiernis exoleyerunt.

Dion. Gothofred. ad L. ult. C. de accusat. & inscript. notat: Hodie consuetudine paſſim recepta nemo accusaturis ſe inſcribere ad pœnam talionis cogitur: ut ea ratione valeat conſuetudo, per quam pœna talionis fit ſublata; ne metu talionis quis ab accuſando deterreatur, & delicta impunita ſint, contra legum voluntatem. Stryck Uſ. Mod. Pand. Tit. de accuſat. & inſcript. §. 2. ſcribit: Moribus Germanorum tam pœna talionis quam inſcriptione neceſſitas paſſim in diſcretudinem abiit, ex ea potiſſimum ratione, ne metu proprieſalutis ab accuſatione quis defiſſat & ſic criminis remaneant impunita, cum plures accuſatores criminum & quaſi vindices extare, rei publicæ expediāt: neque enim apud nos malitia accuſatorum tam facile metuenda, uti quidem apud Romanos, ubi accuſatoribus certum præmiūm conſtitutum, quod hodie fecus. In certim moribus accuſator ad praefandam cautionem obligatur, quod in caſum iucundentis accuſatoſ exponas refundere & ratione injurie ſatisfactionem praefare velit, quod ſi hanc cautionem praefare nequit, arreſto vel carcere detinendus eſt. Textus eo de re habetur in Conſtit. crim. Art. 12. Thomaf. Not. ad Pand. Lib. XLVIII Tit. 2. ait: Inſcriptio accuſatoriſ nunquam a Germanis fuit uſu recepta, ut fatentur omnes. De Gallia tradit Ferriere Diſ. Art. Inſcription: Cette neceſſité de ſe ſoumettre à ſubir la peine due au crime, a été abolie par une raſon contraire de l'intérêt public, qui veut que les crimes ne demeurent pas impunis, & que personne n'eroit ſe rendre accuſateur, ſ'il falloit ſe ſoumettre à une telle peine, dans la crainte de n'avoir pas des preuves ſuffiſantes, pour convaincre ceux qui auroient délinqué. Ainsi aujourd'hui, quand on ne peut les convaincre du crime, donc on les a accué, l'on n'eſt condamné qu'en des dommages & intérêts, encore faut-il, que l'on prouve, que l'accuſation eſt calomnieufe, conf. Art. Accuſateur,

### §. XXVI.

Mutata ita cum sit, quaे apud Romanos obtinuerat, delinquentes in iudicio proſequendi ratio, & Romanæ de causis criminalibus leges rariorem hodie habeant uſum r): ſupereſt, ut diſcutiamus; an ipſa, de qua haſtentus commentati ſumus, Ju-

E 2

Itinanea de causarum criminalium termino constitutio, hodie adhuc obtineat, an vero ea contrario usu abolita, aut a gentibus Germanicæ originis nunquam recepta sit? Biennum, etiam quando contra criminis reum inquisitorius processus instituitur, servandum esse docent Trentacinquius <sup>s)</sup> Vinc. de Franchis <sup>t)</sup> & Capycius <sup>u)</sup>. Sed Brunnemannus <sup>v)</sup>, qui eos allegat, contrarium tradit, & salubrem Justiniani de causarum criminalium termino constitutionem in desuetudinem abiisse testatur. Nam quædam judicia criminalia, sunt verba laudati JCTI <sup>y)</sup>, in multis annos extenduntur; presentim quando a fisco accusantur; quædam vero paucis diebus absolvantur a iudicibus festinantibus, qui a tortura incipiunt ordinarium iudicium. Brunnemannus adstipulantur Perez <sup>z)</sup>, Grœneweegen <sup>a)</sup>, Bugnon <sup>b)</sup>, & Ferriere <sup>c)</sup>.

<sup>r)</sup> Jurisprudentiam criminaliæ Romanam nullum fere usum præstare in Germania tradit Engau. Elem. Jur. crimin. Diff. proæm. §. 2.

<sup>s)</sup> Resolut. præf. L. II. Tit. de judic. Resol. 4. n. 6.

<sup>t)</sup> Decis. 250.

<sup>u)</sup> Decis. Neapol. Dec. 206.

<sup>v)</sup> Comment. in Cod. Tit. Ut intra cert. temp. n. 7.

<sup>y)</sup> cit. tit. n. 9.

<sup>z)</sup> Perez Praefat. in Cod. cit. tit. n. 4. tradit: Temporis præscriptionem in exercendis iudiciis corruptum hoc seculum non servare.

<sup>a)</sup> Grœneweeg. de legibus abrog. & iniust. cit. tit. testatur; L. ult. C. ut intra cert. temp. crim. queſt. termin. non obſervari, atque Belgarum & Gallorum moribus nullum certum tempus præscriptum esse, intra quod civiles aut criminales caufe terminentur.

<sup>b)</sup> Bugnon de legibus in Gallia abrogatis Lib. II. sed. 105. L. V<sup>e</sup> Cent. 5<sup>a</sup>, afferit: Titulus ut intra cert. temp. crim. queſt. term.

*abrogatus est, nullum certum tempus prescriptum est, intra  
quod causae terminentur.*

- c) Jurisprudence du Code Lib. IX. Tit. 44. Du tems dans lequel les causes criminelles doivent être terminées. Ce Titre est inutile en France, d'autant qu'il n'y a point de tems préfini pour achever un procès criminel & rendre un jugement contre l'accusé. Diction de Droit & de Pratique, Art. Accusation: Chez les Romains les accusations devoient être terminées dans un certain tems, comme il est marqué dans le Titre du Code: ut intra certum temp. crim. quæst. term. mais en France il n'y a point de tems préfini pour terminer un procès criminel & rendre un jugement contre l'accusé.

### §. XXVII.

Plura Doctorum de usu vel non usu Justinianei causarum criminalium termini testimonia non cumulamus. Consulimus potius recentiores de causis criminalibus in Germania & Gallia editas leges, & quid illæ præcipiant, iis, quæ ex jure Romano tradita sunt, breviter subjungimus. Constitutio criminalis a Carolo V. Imp. in comitiis Ratisbonensi- bus A. MDXXXII. promulgata, certum causis criminalibus finiendis terminum non ponit, sed saltem Art. LXXVII. & LXXVIII. d) processum criminalem maturandum esse præcipit & judicibus in cognoscendis & decidendis causis criminalibus solertia commendat. In Belgio vi Instruct. Cur. Holland. Art. XLVIII. e) criminales causæ præ cæteris quam fieri potest celerrime peragi & solent & debent, atque olim a Margarita Augusta Principe Hollandiæ, legis A. MCCCXLVI. latè Art. VI. cau- tum erat: *Quisquis nostro nomine capitæ arcessitur, con-*

E 3

venitor intra sesquimestre tempus, postquam delatus est, aut reatui excitor, ni classis procincta sit; tum fiat id intra tertium mensem, aut reatui excitor f). Idem semestris terminus in Gallia causis criminalibus ad finem ducendis lege a Francisco I. A. MDXXXV. promulgata g) positus erat; sed eum succellū temporis neglectum esse ex Ordinationis Melunensis ab Henrico III. A. MDLXXX. edita Art. XXV. b) constat. Ordinatio criminalis a Ludovico M. mense Augusto A. MDCLXX. lata, tempus, intra quod causae criminales terminentur, non definit: praecepit vero, ut reorum examen intra spatium viginti quatuor horarum, ex quo ipsi carceri mancipati sunt, inchoetur i), & illud æque ac reliqui ad causam instruendam necessarii actus sedulo continuenter, ut causæ criminali, postpositis, quæ forte occurrent, civilibus causis k), sententia lata, impotatur finis.

d) Verba sunt Art. LXXVII. Unkosten zu vermeiden, setzen und ordnen wir, daß in allen peinlichen Sachen den Rechten schleuniglich nachgegangen, verholffen, und gefährlich nicht verzogen werde. Art. LXXVIII. So der Kläger auf des beklagten eigen Bekennen, oder einbrachte und vollführte Kundschafft, und Beschlüß, wie obstehet, um einen endlichen Recht-tag bitteet, der soll ihm forderlich ernennet werden. Wo aber der Ankläger um den endlichen Recht-tag nicht bitten wolt, so soll derselbe endliche Recht-tag auf des beklagten bitt auch ernennet werden. Kressius in Comment. ad confituation. crimin. Caroli V. cit. Art. 77. scribit: Commendatur hic judicii solertia, ut quadam ejus fieri potest causas criminales cito expediat. Unde i) in praxi ordo in judiciis est, ut causæ criminales prius cognoscantur, quam civiles, ut nec 2) feriarum adeo ac in civilibus ratio habeatur, ut 3) non admittantur interrogatoria contra articulos defensionales, nec 4) reprobatio, nec 5) defen-

*sionis refutatio, nec 6) contra favorabilem sententiam, mitigationemque, appellatio, leuteratio, ab adiis remoto &c. Cum autem in favoreni defensionis fatalia non rigorose currentur; facilius dilationes, novæque defensiones inquisitio concedantur; eo ipso iudex, ne promitan criminalium causarum expeditionem cum parum prudenti precipitania confundat, satis admonetur.*

- e) *Groneweegen de LL. abrogat. ad. L. 1. C. ut intra cert. temp.*
- f) *Gronew. I.c. ad Novi. LIII. Grot. Apolog. Cap. 14. in princ.*
- g) *François I. a Ys sur Thille en Octobre 1535. Chap. 12. Art. 2. Toutes causes civiles en première instance se dépescheront, finiront, & termineront dedans un an, à compter du jour, que sera commencée & entamée la cause en jugement, & les criminelles dedans six mois, à compter du jour de la réponse faite par les criminels, delats & ajournés, detenus ou arrêtés, ou emprisonnés; s'il n'y avoit quelque juste cause de prolongation en l'une & en l'autre; laquelle le juge sera tenu de déclarer nommement en son procès, ou qu'il tienne par la faute des parties qui sera dilayante ou recusante de procéder. Guenois Grande Conference des Ordonnances & Edits Royaux Liv.III. Tit. 1. Tom. I. p. 515.*
- h) *Verba citati articuli sunt: Defendons a nos Juges ès causes de mariage pendant pard devant les Juges ecclésiastiques de faire defense de passer outre au jugement d'icelles sous pretexte de rapt sans grande ou apparente raison, & seront tenus les delateurs ou parties instigantes faire instruire & mettre en état de juger l'instante de rapt dans un an, autrement & a faute de ce faire, sera passé outre au jugement du dit mariage par les ecclésiastiques. Autumnus Conference du Droit françois avec le droit Romain Civil & Canon. Tit. ut intra cert. temp. crim. questi. termin. Tom. II. p 532.sq.*
- i) *Tit. XIII. art. 15. his verbis scriptus est: Le geolier ou greffier de la geole sera tenu de porter incessamment, & dans les vingt-quatre heures au plus tard, à nos procureurs, ou à ceux des Seigneurs, copie des écritures ou recommandations, qui seront faits pour crimes. Tit. XIV. art. 1. haec porro præcipit: Les prisonniers pour crimes seront interrogés incessamment & les interrogations commencées au plus tard dans les vingt quatre heures après leur emprisonnement; à peine de tous dépens, dommages & intérêts, contre le Juge, qui doit faire l'interrogatoire, & a faute par un autre Officier; suivant l'ordre du*

tableau. Bornier *Conferences des Ordonnances de Louis XIV.* avec les anciennes Ordonnances ad hunc Art. notat: Cet article est conforme à l'Ord. de François I. à Ys sur Thille Chap. 13. Art. 41. & à celle de Charles IX. en la premiere Declaration de l'Ord. de Moulins 1566. Art. 6. par lesquelles il est enjoint aux Juges d'interroger incontinent les prisonniers a peine de suspension de leurs effats, & de privation en cas de negligence; & aux geoliers & concierges de notifier à cet effet aux Juges & greffiers les emprisonnemens sur peine d'amende arbitraire. k) Tit. XXV. Art. 1. verba sunt: Enjoignons à tous Juges, même à nos Cours, de travailler à l'expédition des affaires criminelles par préférence à toutes autres. Bornier loc. cit. ad hunc art. scribit: Cet article est conforme aux Ordonnances de Louis XIII. 1498. Art. 131. de François I. à Villiers Cotterets en Aout 1539. de Charles IX. aux Etats d'Orléans art. 64. & d'Henry III. aux Etats de Blois art. 144. par lesquelles il est enjoint à tous Juges de vacquer & proceder diligemment à la conférence des procès criminels, préalablement & avant toutes choses, sur peine de suspension ou privation de leurs offices, où ils feront le contraire, dont elles chargent l'honneur & la conscience des Cours. Conf. Le Code de Henri III. par Brisson Liv. II. Tit. 28. p. 91. & Liv. VII. Tit. 2. p. 208. & Tit. 6. p. 213. Le Code de Louis XIII. par Corbin Liv. VII. Tit. 89. p. 305. & Liv. XII. Tit. 33. p. 659.

### THESES MISCELLÆ.

#### I.

L. 2. Cod. de rescind. vendit. nec ad emtorem, nec ad alios contractus extendenda est.

#### II.

Femine in Codicillis testes esse possunt.

#### III.

Parochis debentur decimæ, vel portio congrua; his contenti pro benedictione nupciali, baptisme & sepultura pecuniam exigere nequeunt.

#### IV.

Filiæ nec legitimati, nec adoptivi in feudi succedunt.

#### V.

Minor octodecim annis eligi potest Rex Romanorum, & que ag peregrinus.





Strubberg, Diss., 1760-75



3

f

56.





Pr.30. num. 20.

DE

TERMINO <sup>1775,2</sup>  
CAUSARUM  
CRIMINALIUM <sup>21</sup>

P R A E S I D E

JOHANNE CHRISTIANO  
TREITLINGER

J. U. D. CODICIS ET JUR. PUBLICI PROF.

D. XVIII. SEPTEMBRIS A. MDCCCLXXV.

DISPUTABIT

FRANCISCUS LUDOVICUS  
TREITLINGER

ARGENTINENSIS.

H. L. Q. C.



ARGENTORATI,

Typis JOH. HENRICI HEITZII, Universitatis Typographi.

